

A primo debuit Septem diebus solere nuptias celebra-
 rī, etiam liber Iudicem ostendit in Sanoſone quando
 fecit potum ſeptē diebus. Et addidit ſcriptura, q̄ ſic
 ſolent facere iuuenes: fecit autem hoc propter nup-
 tias ſuas.

XC. Non facile dignoſcitur, quas concu-
 binas appellet ſcriptura, quas vxores, quando quidē
 & Agar diſta eſt vxor quæ poſtea dicitur concubina,
 & Cethura, & ancillæ quas dederunt Rachel &
 Lia viro ſuo. Niſi forte omnis concubina vxor, non
 autem omnis vxor concubina more loquēdi ſcriptu-
 rarum appelletur: id eſt, vt Sara & Rebecca, & Lia
 & Rachel concubinæ dici non poſſint: Agar vero &
 Cethura, & Bala & Zelfa & vxores & concubinæ.

XCI. Quod Latini habēt, nato filio Lię de Zelfa, q̄
 dixerit, Beata facta vel foelix facta ſum: Græci habēt
 εὐτυχία, quod magis bonam fortunā ſignificat. Vnde
 videtur occaſio non bene intelligentibus dari tan-
 quam illi homines fortunam coluerint, aut hoc ver-
 bum diuinariū ſcripturariū authoritas in vſu recepe-
 rit: ſed fortuna intelligenda eſt pro his rebus que for-
 tuitu videntur accidere, non quia numen aliquod ſit,
 cum hæc ipſa tamen quæq̄ fortuita videntur, cauſis
 occultis diuinitus dentur. Vnde etiā verba, quæ ne-
 mo poteſt auferre à conſuetudine loquēdi, parata

B ſunt, id eſt, forte & fortaliſ, & forſita, & fortuitu. Vnde
 videtur in Græca lingua reſonare, quod dicitur
 χαρ, velut ab eo quod eſt ἄρα. Aut certe Lia pro-
 pterea ſic locuta eſt, q̄ adhuc gentilitatis conſuetu-
 dinem retinebat. Non enim hoc Iacob dixit, vt ex
 hoc data huic verbo poteſt authoritas.

XCII. Quod Iacob dixit, Et benedixit te dominus in pede meo: ſa-
 tis aduertendum eſt, & notandus ſcripturarum ſen-
 ſus, ne cum ita quiſq̄ locutus fuerit, quaſi augurari vi-
 deatur. Multum enim intereſt quod adiecit, Benedi-
 xit te dominus in pede meo. In ingreſſu enim meo
 voluit intelligi, hinc gratias agēs deo.

XCIII. In factu Iacob cum virgas exercitauit, detrahens viride vt
 album varie appareret, & ſic in conſpectu foetus pec-
 corum variarentur, cum matres in alucis aquarum
 biberent, & viſis virgīs illam varietatem conceper-
 ent, multa dicuntur ſimiliter fieri in animalium fo-
 etibus: ſed & mulieri accidit ſe traditur, & ſcriptum re-
 peritur in libris antiſſimi & peritiſſimi medici Hip-
 pocratis, quod ſuſpitione adulteriꝝ fuerat puniēda,
 cum puerum pulcherrimū peperiſſet vtriq̄ parenti
 generiſq̄ diſſimilem: niſi memoratus medicus ſolu-
 ſet quæſtionem, illis admonitis querere, ne forte ali-
 qua talis pictura eſſet in cubiculo, qua inuenta mu-
 lier à ſuſpitione liberata eſt. Sed ad hanc rem quam
 fecit Iacob virgarū ex diuerſis arboribus trium co-
 pulatio quid contulerit vtilitatis, quod attinet ad va-
 rias pecudes multiplicandas, non apparet omnino:
 nec aliquid ad hoc commodum intereſt, vtrum ex
 vnius generis ligno variarentur virgæ, an plura ſint li-
 gnorum genera, cum ſola queratur lignorum varie-
 tas: ac per hoc cogit inquiri prophetiam, & aliquam
 figuratam ſignificationem res iſta, quam ſine dubio
 vt Propheta fecit Iacob, & ideo nec fraudis arguen-
 dus eſt, Non enim tale aliquid niſi reuelatione ſpiri-
 tali eum feciſſe credendum eſt. Quod autem ad ius-
 titiā pertinebat, ſicut alij interpretes apertius hoc
 narrant, non ponebat virgas in ſecundo conceptu
 ouium, quod tāto obſcurius, quāto breuius à ſeptua-
 ginta dictum eſt, Quæ cum peperiſſent non pone-
 bat: quod intelligitur cum primū peperiſſent: vt iam
 non ſolere ponere intelligatur, cum ſecundo partu-
 ræ eſſent, ne ipſe auferret omnes foetus, quod iniquū
 fuit.

XCIII. Quod Iacob dicit, Quare furat⁹ es deos
 meos: hinc eſt illud forte ſaſſe quod & augurari ſe dix-
 rat, & eius ſilia ſe bonam fortunam nominauerat. Et
 notandum eſt quod à principio libri nunc primum
 inuenimus deos gentium, ſuperioribus quippe ſcri-

pturę locis deum nominabant. Quid eſt quod
 dicit Iacob ſocero ſuo, Et decepiſti mercedem meam
 decem agnabus. Hoc enim quomodo & quando
 factum ſit ſcriptura non narrat, ſed vtique factum
 eſt quod iſte commemorat. Nam dixit hoc & vxor-
 ribus ſuis, quando eas vocauit in campum. Conque-
 rens enim de patre illarum, ait inter cætera, Et mu-
 tauit mercedem meam decem agnorum. Intelligi-
 tur ergo per ſingula tempora partus ouium, cum
 Laban videret tales foetus eſſe natos quales placue-
 rat vt ad Iacob pertinere, pactum fraude mutafſe,
 & dixiſſe vt futuro foetu alios pecudum colores ha-
 beret in mercede Iacob. Tunc autem ille virgas va-
 rias non ſupponebat, & non naſcebantur varij, ſed
 vnius coloris, quæ Iacob ex nouo pacto aufererat.
 Quod cum viſiſſet Laban, ruſus pactum fraude
 mutabat vt ad Iacob varia pertinere, tunc illarum
 ſuppoſitione virgarū varia naſcebantur. Ergo quod
 ait Iacob vxoribus ſuis, Mutauit mercedem meam
 decem agnorū: & poſtea ipſi Laban, Decepiſti mer-
 cedem meam decem agnabus, nō ita dixit quaſi pro-
 uenerit ſocero eius ipſa fraus: vt enim non ei proue-
 niret, deum ſibi dixit aduerſus illum fuiſſe: decem
 vero agnos vel decem agnas, pro decem tēporibus
 poſuit, quibus oues quas paſcebat per ſexennium pe-
 pererunt. Bis quippe pariebāt in anno. Contigerat
 autem vt primo anno, quo inter ſe paſci ſunt, & ad eas
 paſcendas placito huius mercedis acceſſit, quod
 ſemel parerent in fine anni, quia cum acceſſiſſet iam
 ſemel pepererant. Ruſus ſexto anno, id eſt vltimo,
 cum ſemel peperiſſent, exorta neceſſitate profectio-
 nis prius recederet quā iterum parerent: ac per
 hoc cum primus annus atque vltimus duos onium
 partus ſub illo haberent, hoc eſt, ſingulos, mediꝝ ve-
 ro quatuor anni binos, fiunt omnes decem. Nec mi-
 rum quod hæc decem tempora nomine agnorum ap-
 pellantur qui eiſdem temporibus naſcebantur, veluti
 quiſquam dicat per tot vendemias, aut per tot me-
 ſes, quibus numerus intelligatur annorum, Vnde
 ait quidam, Poſt aliquot ariſtas: paſtiſtas videlicet
 meſes, & per meſes annos ſignificās. Pecudū autē
 illius regionis fecunditas, ſicut Italarum tanta fer-
 tur, vt bis in anno pariant.

Sumpſit autem Iacob lapidem & conſtituit eum titulum. Diligent-
 animaduertendū eſt quomodo iſtos titulos in rei cu-
 iuſq̄ teſtimonio conſtituebant. Non vt eos pro diſſis
 colerent, ſed vt eis aliquid ſignificarent. Quod
 aceruū lapidū quæ inter ſe conſtituerāt Laban & Iacob,
 aliqua diuerſitate appellauerūt vt eū vocaret
 Laban aceruū teſtimoniꝝ, Iacob aceruū teſtē. Tradi-
 tur ab eis qui & Syram & Hebræā linguā nouerūt,
 propter proprietatē ſuā cuiuſq̄ lingue factum. Fieri
 enim ſolet vt alia lingua non dicatur vno verbo, qd̄
 alia dicitur, & vicinitate ſignificationis quidq̄ ap-
 pelletur. Nam poſtea dicitur, propter hoc appellatū
 eſt nomen aceruus teſtatur. Hoc enim medie poſitum
 eſt quod vtriq̄ conueniret, & ei qui dixerat aceruū teſ-
 timoniꝝ, & ei qui dixerat aceruus teſtis.

Quid eſt quod loquedo Laban ad Iacob dicit. Teſtatur
 aceruus hic, & teſtatur titulus hic, propter hoc appel-
 latur nomen, aceruus teſtatur: & viſio quam dixit,
 Reſpiciat de⁹ inter me & te: niſi forte ordo eſt, & vi-
 ſio quam dixit, deus reſpiciat inter me & te. Deus
 quippe illi dixerat viſione, ne lederet & deleret Iacob.

Quid eſt quod dicit in conſequentib⁹ Laban,
 Vide nemo nobiſcū eſt, niſi forte nemo extra
 neorū, aut propter teſtificationē dei, quā ita habere
 deberent, tanquā nemo cum eis eſſet quem teſtimo-
 nio eius adiungerent. Et iurauit Iacob per timo-
 rem patris ſui Iſaac: Per timorē vtiq̄ quo timebat
 deum, quem timorē etiam ſuperius commendauit,
 cum diceret, Deus patris mei Abraham, & timor pa-